



# BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO

del

## OBISPADO DE MALLORCA.

---

### PARTE OFICIAL.

---

#### ADMINISTRACION ECONÓMICA DE LAS BALEARES.

Habiendo sido nombrado investigador del impuesto de Derechos reales en esta provincia D. Basilio Pérez García espero de la atencion de V. S. se sirva ordenar á los Sres. Párrocos y Archiveros de las parroquias le pongan de manifiesto los datos que en la misma obren á fin de proceder contra las ocultaciones que en dicho impuesto existan.—Dios guarde á V. S. muchos años. Palma 8 de Marzo de 1877.—Federico de Ardanaz.—Sr. Vicario General de esta Diócesis.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

## PAPAE IX.

ALLOCUTIO

HABITA DIE XII MARTII MDCCCLXXVII.

AD S. R. E. CARDINALES IN AEDIBUS VATICANIS.

## Venerabiles Fratres:

Luctuosis exagitati Nostri Pontificatus temporibus pluries vestrum amplissimum ordinem in has aedes advocavimus, ea mente ut gravia mala apud Vos deploraremus quibus Ecclesia indigne affigitur, et contra ea quae sive in Italia sive in aliis regionibus in perniciem Ecclesiae ac Sedis Apostolicae patrata sunt Nostras protestationes ederemus. Novissimis vero hisce annis novos et violentiores usque impetus atque injurias spectare debuimus quas Ecclesia Dei in variis Orbis catholici partibus pertulit ab infensis hostibus qui opportunam satis occasionem Jesu Christi sponsam oppugnandi repaverunt calamitosam conditionem rerum nostrarum, et solitudinem eam in qua Nos omni humana ope destituti versamur. Optassemus quidem hodierna die, Venerabiles Fratres, menti et cogitationi vestrae proponere immanem hanc lateque diffusam persecutionem, quae in pluribus Europae regionibus contra Ecclesiam saevit, sed habentes in animo acerbam hanc descriptionem alio Vobis tempore exhibere, interim facere non possumus, quin Ecclesiae in hac Italia labores et vexationes in dies asperiores Vobis commemoremus, ac pericula quae quotidie majora Nobis et huic Apostolicae Sedi impendere conspicimus, aperiamus.

Septimus jam procedit annus, ex quo invasores civilis Nostri Principatus omnibus divinis ac huma-

nis juribus proculcatis, solemnum pactionum fide violata, et calamitates illustris Nationis catholicae opportunatatem suam reputantes, vi atque armis provincias quae in nostra potestate adhuc erant occuparunt, hanc sanctam civitatem expugnavere, ac tantae iniquitatis opere Ecclesiam universam luctu ac dolore compleverunt. Simulatae atque infidae promissiones, quas iis funestis diebus ipsi super rebus nostris, Guberniis exteris obtulere, declarantes se velle obsequium et honorem reddere libertati Ecclesiae, et liberam ac plenam esse velle Romani Pontificis potestatem, efficere non potuerunt ut Nos vana spe illecti non penitus praecipiremus animo, quae luctuosa ac misera Nos sub eorum dominacionem manerent; quin probe consciit consiliorum impiorum quae propria sunt hominum quos novarum rerum studia et sceleratum foedus consociat, aperte praenunciavimus eam sacrilegam invasionem non tantum spectare ad civilem Nostrum Principatum opprimendum, quantum ad destruendas facilius, temporali nostra dominatione oppressa, institutiones omnes Ecclesiae, ad evertendam Sanctae Sedis auctoritatem, ad vicariam Christi potestatem quam licet immerentes gerimus in terris, omnino labefactandam.

Jam vero hoc opus demolitionis et eversionis omnium rerum quae pertinent ad ecclesiasticum aedificium atque ordinem, si non quoad consilia ac odium persecutorum, quoad gravissimas tamen ruinas quas usque ad hanc diem congesserunt pene consummatum dici potest; ac satis est oculos convertere ad leges et decreta ab initio novae dominationis huic usque edita, ut luculenter perspiciat Nobis singillatim ac sensim alia ex aliis in dies media et praesidia fuisse sublata, quibus ad catholicam Ecclesiam ut par est regendam et gubernandam omnino indigemus. Enim vero iniquitas quae completa est suppressis ordinibus religiosis, Nos strenuis ac utilibus adjutoribus dannose spoliavit, quorum opera in expediendis ecclesiasticarum Congregationum negotiis, in tot par-

tibus ministerii Nostri exercendis Nobis omnino necessaria est, ac eodem tempore hic in urbe nostra tot domicilia delevit quae religiosos viros ex exteris nationibus excipiebant, qui statis temporibus in hanc metropolim convenire consueverant ad roborandum spiritum, ad rationes de suo ministerio reddendas, atque ab ipsis radicibus crudeliter abscidit tot utiles et feraces plantas, quae fructus benedictionis et pacis in omnes terrae plagas afferbant. Eadem autem suppressionis injuria quae Collegia percūlit pro sacris missionibus in urbe constituta ad dignos operarios efformandos, qui Evangelii lucem in dissitas etiam et inhospitas terras animose proferrent, ea misere subduxit tot populis tam salutare pietatis et caritatis auxilium magno cum detrimento ipsius civilis humanitatis et cultus, qui a Religionis nostrae sanctitate doctrina virtute dimanat. Hujusmodi vero leges per se acerbissimae et non solum Religionis, sed ipsius humanae societatis utilitati perquam adversae, majorem etiam acerbitatem deinde accepere ex novis ordinationibus rei publicae ministrorum, quibus religiosarum familiarum communi in domo consociationes, et novae admissiones pro regularibus utriusque sexus sub severis sanctionibus prohibentur. Disiectis Ordinibus religiosis Clero saeculari destruendo consilia et opera conversa sunt, ac funesta ea lex lata fuit qua Nos et Pastores italici populi magno cum luctu videre debuimus juvenes clericos, Ecclesiae spem, a sanctuario nequiter avulsos, et coactos aetate ipsa qua se Deo solemniter consecraturi sunt saecularis militiae balteum accipere, ac vitae genus perferre, quod ab institutis et a spiritu vocationis eorum longissime abhorret. Quid plura? Subsecutae sunt aliae injustae leges quibus universum patrimonium, quod Ecclesia sacrī diuturnis inviolabilibus titulis possidebat magna ex parte fuit ereptum, substitutis ejus loco ac ex parte tantum exiguis redditibus, qui ancipitibus temporum vicibus, et voluntati ac arbitrio publicae potestatis penitus subjiciuntur. Depolare etiam coacti fuimus magno numero aedificia

quae pietas fidelium gravibus admodum sumptibus toleratis erexerat, quae christianis Romae temporibus digna erant, quaeque pacatum hospitium præbebant virginibus Deo devotis aut Regularium familiis, indiscriminatim legitimis possesoribus ejec-tis occupata fuisse, et in profanos usus destinata. Adempta insuper fuerunt potestati Nostræ, et sa-crorum ministrorum curationi, tot pia opera et ins-titura caritati ac beneficentiae exercendæ consecra-ta quorum nonnulla egestati aliisque miseriis et necessitatibus sublevandis mira munificentia ipsi Romani Pontifices Praedecessores Nostri et exter-a-rum gentium pia liberalitas condiderant; ac si qua ex iis publicae caritatis operibus adhuc sub Ecclesiae vigilantia manent, lex quaedam non serius roganda esse fertur, qua illa a Nobis subtrahantur, aut fun-ditus aboleantur, veluti publica documenta non du-bie nec obscure praenuntiant. Vidimus praeterea, idque anima Nostra supra omnem modum dolore perculsa commemoramus, Ecclesiae auctoritati et moderationi subductum publicum ac privatum doc-trinarum et artium magisterium, et docendi munus concreditum hominibus suspectae fidei, aut apertis Ecclesiae inimicis et qui non dubitarunt atheismi impietatem publice profiteri.

Occupatis hac ratione et eversis tot religiosis magnique momenti institutionibus, id non satis vi-sum est filiis Ecclesiae desertoribus nisi etiam im-pedimenta ponerent sanctuarii Ministris ne suum spirituale ministerium valeant libere exercere; at-que huc etiam nefarie perventum est ea lege in aula oratorum legibus ferendis novissime appro-bata, quae de *Cleri abusibus* inscribitur, cuius vigo-re crimi ni et noxae vertuntur Episcopis itemque sa-cerdotibus, ac gravibus poenarum sanctionibus mul-tantur ii actus, quos sub insidioso nomine perturba-tionis conscientiae quam dicunt publicae, aut pacis familiarum predictae legis auctores complectuntur. Ejus porro quam innuimus legis jussu, verba ac scripta omnis generis quibus Religionis administri-decreta leges aut alium quemque publicae auctori-

tatis actum vel rei sacrae juribus, vel Dei aut Ecclesiae legibus adversantem, pro sui officii ratione notandum ac improbandum censeant, animadversioni et poenis perinde subjiciuntur, ac opera illorum qui praedicta scripta ediderint aut diffuderint, quemque ex ordine ecclesiasticae auctoritatis, aut ex loco ipsa manaverint. Ubi haec lex perlata et promulgata fuerit integrum erit laico tribunali judicium ferre, utrum ac quomodo sacerdos in sacramentis administrandis in divini verbi praedicatione conscientiam publicam et domesticam tranquillitatem perturbaverit, ac episcopalis et sacerdotalis vocis ea erit conditio ut ea comprimatur aut obstruantur, non minus quam vox ipsa Jesu Christi Vicarii, qui quamvis in se ipso nulli animadversioni obnoxius dicatur ob rerum politicarum rationes, in persona tamen eorum qui ejus noxae affines fuerint puniendus esse censemur, uti publicus regni minister in conventu legumlatorum palam significare non dubitavit, cum respectu ad Nos habito aperte profiteretur nec novum aut insolitum esse in legibus, nec a juris criminalis ratione scientia ac usu absonum, poenis subjici participes criminis, ubi praecipuus auctor puniri non possit. Ex quo intelligitur ad Nos etiam ex dominantium sententia hujus legis telum spectare, ita ut ubi nostra verba aut acta in offensionem ejus legis incident, Episcopi aut sacerdotes qui nostros sermones et monita aut evulgarint aut executi fuerint poenas laturi sint ejus praetensi criminis, cuius reatum et culpam Nos uti praecipuus auctor sustinere judicabimur.

En, Venerabiles Fratres, quemadmodum non solum tot praesidia tot instituta roborata saeculis, invicta tempestatibus, Ecclesiae administrationi necessaria hostili violentia ac demolitione apud Nos eversa sunt, sed eo etiam progressum est, ut sublime illud munus docendi vigilandi animarum saluti prospiciendi quod Ecclesia a suo divino conditore accepit, nefario modo impediatur, severissimis poenis indictis ad obstruendum os ministrorum ejus, qui dum docent populos servare omnia quae Chris-

tus mandavit, dum instant opportune importune arguant obsecrant increpant in omni patientia et doctrina, illud agunt quod divina eis et apostolica auctoritate praecipitur. Alias autem tenebrosas molitiones oppugnatorum Ecclesiae silentio praeterimus, a quibus nonnullorum etiam et publicis administris consilia et incitamenta non abesse cognoscimus quae eo spectant ut majorum tribulationum dies Ecclesiae ipsi adducantur, vel promovendis schismatis occasionibus ubi futuri Pontificis electio inciderit, vel Episcoporum qui Ecclesiis Italiae praesunt spiritualis auctoritatis usu impediendo, cuius rei causa Nos novissime declarare coacti fuimus, tolerari posse ut acta canonicae institutionis eorumdem Episcoporum laicæ potestati exhibeantur, ad occurrentum quantum in Nobis est, funestissimis rerum adjunctis, in quibus non amplius agebatur de temporalium bonorum possessione, sed ipsae fidelium conscientiae, earum pax, animarum procuratio et salus, quae suprema Nobis lex est, in apertum discrimen vocabantur. Verum in hoc quod egimus ad gravissima pericula removenda, palam ac iterum agnosci volumus, Nos injustam eam legem quae *regium placitum* vocatur omnino improbare ac detestari, aperte declarantes per ipsam laedi divinam Ecclesiae auctoritatem, ejusque libertatem violari.

Post haec autem quae hactenus exposuimus, omittentes plura alia, ad quae deploranda sermonem nostrum producere possemus illud petimus, qua ratione fieri possit ut Ecclesiam gubernare valeamus sub dominatione ejusmodi potestatis, quae omnia Nobis media et praesidia ad Apostolatum nostrum exercendum continentem adimit, omnem viam obstruit, nova in dies impedimenta novas difficultates interponit, novos usque laqueos insidiasque molitur? Profecto Nos satis mirari non possumus eos homines reperiri, quorum nescimus utrum levitas an malitia major sit qui sive per publicas ephemerides, sive peculiaribus scriptis sive impudentibus sermonibus plurium occasione conventuum habitis, obtrudere et persuadere populis conantur, praesen-

tem summi Ponticis in urbe conditionem talem esse ut etiam sub alterius potestatis dominatione constitutus plena libertate fruatur, ac tranquille et plene possit suo supremo spirituali primatu perfungi. Ad quam opinionem publice confirmandam nullam elabi occasionem sinunt sive cum Episcopi et fideles ex exteris plagis ad Nos visendos accedunt, sive cum eorum pios coetus in conspectum nostrum admittimus, sive cum impios ausus contra Ecclesiam Nostris ad eos sermonibus deploramus, quin de industria et callide incautis insinuare studeant, Nos reipsa plena potestate et libertate frui tum loquendi tum excipiendi fideles tum Ecclesiam universam administrandi. Mirum Nobis est quod talia impudenter jactari possint, quasi exercitium illorum actuum qui recensentur plene et omnino esset in nostra potestate, et quasi in iis tota gubernationis Ecclesiae ratio quae ad munus Nostrum pertinet, contineretur. Quis enim nescit non sub Nostra sed sub dominantium potestate esse actus ejus libertatis quam tantopere extollunt, ita ut eatenus et tamdiu eosdem actus exercere possimus, quatenus et quamdiu hoc ab iis non impediatur? Quae tamen nostrorum actuum libertas quantum sub eorum potestate sit, etsi alia argumenta deessent, satis innuit ac docet novissima ea lex quam nuper deploravimus, qua liberum exercitium spiritualis nostrae potestatis, et ministerii ecclesiastici ordinis nova et intolerabili oppressione constringitur. Quod si non nullos actus Nos posse exercere permiserint, ea de causa quod agnoscant quantopere eorum intersit Nos sub eorum dominatione liberos existimari, quam multa tamen gravissima pernecessaria summi momenti sunt quae ad formidanda onera ministerii Nostri pertinent, quibus reipsa ac rite perficiendis, Nos dominantium jugo, subjecti omni necessaria facultate et libertate caremus? Vellemus quidem illos qui ea quae retulimus scribunt aut loquuntur, oculos suos ad ea quae circa Nos accident conjicerent, ac alieno paulisper a partibus animo dijudicarent, utrum vere dici possit Ecclesiae regendae potesta-

tem Nobis divininitus commissam, cum eo statu ad quem Nos adegit invasorum dominatus posse componi. Vellemus eos agnoscere convicia injurias contumelias quae etiam in aula Oratorum Populi continenter contra humilitatem nostram effunduntur, convicia in quibus Nos quidem ignoscimus misericordia qui ea promunt, sed tamen in offensionem maximum fidelium cedunt quorum communis Pater violatur, et eo tendunt ut imminuatur apud eos existimatio auctoritas veneratio quam Vicariatus Christi quem indigne sustinemus, suprema dignitas et sanctitas postulat. Vellemus eos testes esse proborum et calumniarum quibus tum amplissimus ordo vester, tum sacri Ecclesiae Magistratus omnibus modis impetuntur tanto cum administrationis eorum detimento; testes esse irrisus ac ludibrii quo augusti ritus ac institutiones catholicae Ecclesiae dehonestantur, petulantiae qua sanctissima religionis mysteria profanantur, ac conspicere publicis honoris significationibus et pompis decoratam impietatem et atheos homines, dum contra religiosae supplicaciones et pompaes vetantur, quas avita italorum pietas libere semper celebrare solemnibus temporibus consuevit. Vellemus etiam ipsis notas esse blasphemias, quae impune, auctoritate publica dissimulante, contra Ecclesiam in legumlatorum conventu conjiciuntur, in quo Ecclesiae ipsi subvertendi et aggredendi criminatio est illata, libertas ejus nefarium ac fatale principium vocatum est, doctrinae ejus perversae, ac societati et moribus adversantes appellatae sunt, vis et auctoritas ejus tamquam civili consortio perniciosa incusata fuit. Neque possent iidem confictae nostrae libertatis praecones inficiari tot multiplices continuas graves occasiones in id comparatas ut incauta juventus inflammatis cupiditatibus corrumpatur, ac ex ejus animo catholica fides radicitus extirpetur. Si ipsi demun vias hujus urbis, quae per B. Petri cathedram religionis sedes et caput est obirent, judicare percommodo possent utrum templo acatholici cultus his temporibus excitata, scholae corruptionis quaquaversus diffusae, tot do-

mus perditionis passim constitutae, obscena et foeda spectacula quae oculis populi offeruntur, talem rerum conditionem faciant, quae tolerabilis sit ei qui pro sui apostolatus officio debet quidem et vellet tot malis occurrere, at contra omnibus mediis et rationibus, omni potestatis exercitio privatur, quo possit vel uni tantum ex tot malis necessaria remedia adhibere, et animabus in exitium ruentibus opem ferre. Hic tandem est, Venerabiles Fratres, status cui subesse cogimur opera ejus Gubernii quod in hac urbe dominatur, haec est illa libertas et potestas exercendi ministerii nostri cujus nomine abutuntur et qua Nos potiri impudenter jactitant: libertas scilicet videndi demolitionem in dies deteriorem ordinis et constitutionis ecclesiasticarum rerum, videndi exitium animarum, quin operam nostram ad tot damna opportune reparanda impendere et navare possimus. His ita se habentibus nonne nova amarulenta irrisio et ludibrium existimandum est illud quod saepe dicitur, nempe debere Nos conciliationis et concordiae consilia cum novis dominatoribus inire, cum haec conciliationis ratio non aliud ex parte nostra esset, nisi omnino prodere non modo summa Sanctae hujus Sedis jura, quae tamquam sacrum et inviolabile depositum ad hanc supremam cathedram evecti custodienda ac tuenda recepimus, sed etiam et praecipue prodere divinum ministerium Nobis pro salute animarum commissum tradere hereditatem Christi in manus auctoritatis hujusmodi, cujus opera ad ipsum catholicae religionis nomen, si fieri posset, delendum diriguntur? Nunc profecto terrarum orbi claro in lumine omnique ex parte conspicienda praebetur vis vigor fides earum concessionum, quibus ad fidelium illusionem hostes nostri libertatem et dignitatem Romani Pontificis tueri se velle ostentarunt, quae fundamentum suum positum habent in arbitrio ac hostili voluntate reipublicae moderatorum, quorum in potestate est juxta sua concilia et rationes, ac pro lubitu eas aptare, servare, interpretari, atque executioni mandare. Haudquaquam certe, haudquaquam Romanus Pon-

tifex est aut erit unquam plenae libertatis compos, ac suae plenae potestatis, donec aliis in urbe sua dominantibus subjiciatur. Alia ejus sors Romae esse non potest nisi aut supremi Principis aut captivi: nec unquam catholicae Ecclesiae universae pax securitas tranquillitas constare poterit, donec exercitium supremi apostolici ministerii obnoxium fuerit studiis partium, arbitrio dominantium, vicibus politicarum electionum, consiliis et operibus hominum callidorum ac utilitatem justitiae praferentium.

At in tantis malis queis laboramus et premimur ne putetis, Venerabiles Fratres, aut animum Nostrum fractum concidere, aut illam in Nobis fiduciam deficere qua Omnipotentis et Aeterni decreta expectamus. Nos quidem consilium cum inissemus post occupationem ditionis Nostrae Romae potius manendi quam quaerendi alienis in terris tranquillum hospitium, idque ea mente ut penes Beati Petri sepulcrum pro re catholica vigiles excubias ageremus, numquam destitimus auxiliante Deo pro causa Ejus tuenda certare, et quotidie certamus nullibi loco cedentes hosti nisi vi depulsi, ut per pauca illa quae adhuc reliqua sunt ab impetu diripientium et pervertere omnia conantium vindicemus. Ubi autem caetera Nos defecerunt praesidia quibus Ecclesiae et religionis rationes tueremur, Nos nostrae vocis et nostrarum expostulationem officio usi sumus; cuius rei testes estis ipsi quibus communia pericula communis Nobiscum dolor fuit; saepe namque verba excepistis publice à Nobis prolata sive ut nova facinora reprobaremus et contra invalescentem hostium violentiam protestaremur, sive ut aptis monitis fideles instruermus ne insidiis improborum et simulatae religionis specie, neu noxiis falsorum fratum doctrinis deciperentur. Utinam vocibus Nostris tandem admoveant aures animumque adjiciant illi quorum ad officium pertinet et maxime interest, auctoritatem Nostram sustentare et causam qua nulla justior et sanctior, viriliter tueri! Nam qui fieri potest ut illorum prudentiam fugiat, frustra solli-

dam ac veram prosperitatem in nationibus, tranquillitatem ac ordinem in populis, stabilitatem potestatis in iis qui sceptra tenent expectari, si Ecclesiae auctoritas quae societas omnes recte constitutas vinculo religionis continet, impune contemnatur et violetur, ejusque Caput supremum in suo ministerio obeundo plena libertate uti nequeat, et potestatis alterius sit obnoxius arbitrio?

Illud sane feliciter accidisse laetamur, ut voces Nostrae ab universo catholico Populo filiali pietate Nobis obstricto, libentissime magnoque cum fructu exceptae fuerint; talia enim sunt quae ab ipsis accepimus dilectionis assidua et iterata testimonia, ut et ipsis et Ecclesiae summam gloriam conferant, et bene sperare Nos jubeant laetiores dies eidem Ecclesiae et huic Apostolicae Sedi orituros. Ac profecto vix verbis aequare possumus jucunditatem solatii quod percepimus validis licet auxiliis undique destituti, intuentes egregios animorum motus et generosa studia quae sponte excitata latius in dies propagantur inter gentes etiam remotissimas, ut Romani Pontificatus et humilitatis Nostrae causam suscipiant, dignitatem tueantur. Liberalia subsidia quae ex omni terrarum parte ad Nos pervenient ut urgentibus necessitatibus Sanctae hujus Sedis propiciamus, et frequentia tot filiorum nostrorum qui ad has Vaticanas aedes ex omni gente confluunt ut visibili Ecclesiae capiti devotam voluntatem suam testentur, ejusmodi pignora animorum fidelium sunt, pro quibus pares agere gatias divinae bonitati omnino nequeamus. Vellemus tamen ab omnibus intelligi, quod salutaris documenti loco esset, intimam vim et significationem veram peregrinationum istarum, quas hoc tempore crebro iterari videmus, quo Romanus Pontificatus teterrimum belum experitur. Scilicet illae non eo valent tantum ut amorem et observantiam fidelium prodant erga humilitatem Nostram, sed manifestum praebent indicium sollicitudinis et anxietatum quae eorum corda perturbant, quod communis Parens in abnormi prorsus ac incongrua conditione versatur. Neque haec anxi-

tas et sollicitudo conquiescat, imo augeatur opportet, donec in possessionem plenae et verae libertatis, Pastor universae Ecclesiae restituatur.

Interea nihil magis optamus, Venerabiles Fratres, quam ut voces Nostrae ex hoc parietum septo ad ultimos terrarum fines manent, ut totius orbis fidelibus pro illustribus quae continent ipsi exhibent filialis dilectionis et obsequii argumentis, sensus gratissimi animi nostri testentur. Optamus enim iis gratias agere pro pia liberalitate, qua etiam interdum difficultatis rerum suarum obliti Nobis opitulantur, agnoscentes Deo offerri quidquid Ecclesiae tribuitur, gratulari pro magnanimitate et virtute, qua impiorum iras et irrisiones despiciunt, Nosque iis devinctos profiteri pro alacritate qua significaciones sui amoris Nobis offerre student ad celebrandam anniversariam diei illius memoriam, quo ante quinquaginta annos Episcopalis consecrationis munus licet indigni suscepimus. Nec minus Nobis in votis est, ut omnes etiam Ecclesiarum quae late per orbem diffusae sunt Pastores, voces has nostras excipientes ex iis incitamentum sumant ut significant fidelibus suis pericula, oppugnationes et incommoda quotidie graviora, quibus premimur, eosque simul certiores faciant, Nos quidem nunquam destitutos quicumque rerum exitus futurus sit, ab improbandis iniquitatibus quae coram Nobis patrantur; verum fieri posse aliquando cum propter leges nuper rogatas, tum propter alias quae praenuntiantur etiam saeviores, ut vox Nostra usque ad eos non nisi rarius, et aegre admodum per interpositas difficultates possit afferri. In his tamen rerum adjunctis Pastores ipsos excitamus, ut greges suos prae-moneant, ne fallacibus capiantur artibus queis homines fraudulenti veram rerum conditionem in qua positi sumus verbis invertere et deformare nituntur, sive celantes acerbitatem ejus, sive libertatem Nostram extollentes, et potestatem nostram nemini obnoxiam esse affirmantes, dum vere rem totam sic paucis complecti possumus: scilicet Ecclesiam Dei in Italia vim et persecutionem pati: Chris-

ti Vicarium neque libertate, neque expedito pleno-  
que usu suae potestatis frui.

Cum res hoc loco sint, nihil opportunius ducimus,  
nihil cupimus impensius, quam ut iidem omnes  
Sacrorum Antistites qui miram concordiam in tuen-  
dis Ecclesiae juribus et egregiam in Apostolicam  
Sedem voluntatem suam multiplici indicio Nobis  
constanter probarunt, fideles quibus praesunt exci-  
tent, ut ea ratione ac ope quam jura sinunt cuius-  
que regionis, sedulo agant apud eos qui summam  
rei publicae tenent, quo accuratius gravis conditio  
perpendatur in qua Caput catholicae Ecclesiae degit,  
atque efficacia adhibeantur consilia obstaculis amo-  
liendis, quae veram ac plenam *independentiam* ejus  
impediunt. Quoniam autem Dei omnipotentis est  
mentibus lumen immittere et flectere hominum cor-  
da, non solum Vos rogamus, Venerabiles Fratres, ut  
fervidis apud eum precibus hoc maxime tempore  
utamini, sed et ipsos catholicorum omnium populo-  
rum Pastores vehementer hortamur, ut fideles sibi  
concreditos in sacra templa convenire current, ubi pro  
Ecclesiae matris salute, pro inimicorum nostrorum  
conversione, et fine malorum tam gravium lateque  
patentium humiles preces ex intimo animo effun-  
dant. Excipiet ut firmiter confidimus orationem po-  
puli ad se clamantis Deus, cui beneplacitum est su-  
per timentes Eum, et in eis qui sperant super mise-  
ricordia Ejus.

Caeterum, Venerabiles Fratres, confortemur in Do-  
mino et in potentia virtutis Ejus, atque induiti ar-  
maturam Dei, loricam justitiae et scutum fidei,  
praeliemur strenue ac fortiter adversus potestatem  
tenebrarum, et nequitiam hujus saeculi. Jam certe  
studium omnia miscendi perturbandique eo devenit,  
ut torrentis instar omnia se in praeceps tracturum  
minitetur, nec pauci ex iis qui novarum rerum auc-  
tores aut fautores extiterunt respectant conterriti,  
operis ipsi sui formidantes effectus. At Deus Nobis-  
cum est, eritque usque ad consummationem saecu-  
li. Timendum est iis de quibus scriptum est. «Vidi  
eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores

et metunt eos flante Deo periisse, et spiritu irae Ejus esse consumptos.» At Deum timentibus et certantibus in nomine Ipsius ac in Ejus potentia sperantibus misericordia et praesidium reservatum est, neque dubitandum quin cum Ejus sit causa, Ejus sit pugna, Ipse certantes adjuvet ad victoriam.

---

De la Pastoral que el Ilmo. Sr. Obispo de Vich acaba de publicar, invitando á sus diocesanos á tomar parte en la próxima peregrinacion universal al Vaticano, para conmemorar el quincuagésimo aniversario de la consagracion episcopal de Su Santidad, tomamos los siguientes interesantes párrafos, que son una vindicacion autorizada de la Romería española verificada en Octubre último, contra las calumnias propaladas con dañada intencion por ciertas lenguas y ciertos periódicos. El referido Sr. Obispo, como es notorio, fué otro de los gefes espirituales de la peregrinacion. He aquí los aludidos párrafos:

«Nos, que tenemos á grande honra y grande dicha haber tomado parte en aquella primera peregrinacion española, no hemos de manifestar ménos entusiasmo por la universal del orbe católico.....

«Verdad es que el infierno valiéndose de mil medios indignos ha hecho grandes esfuerzos para desacreditar la peregrinacion pasada, atribuyéndole hasta fines políticos y tratándola de laical; pero vosotros sabeis, y sabe todo el mundo, que fué una romeria enteramente devota y puramente religiosa, que no dominó en ella otra idea ni otro sentimiento, que el sentimiento y la idea católica, prescindiendo de todo lo demás. Antes de emprendese, obtuvo la bendicion del Papa; el mismo Papa concedió al dignísimo jefe y cabeza de la peregrinacion, el Excelentísimo Sr. Arzobispo de Granada, facultades extraordinarias para el mejor régimen y mayor provecho espiritual de los peregrinos; al Sr. Obispo de Oviedo y á Nos las concedió tambien por conducto del

Emmo. Sr. Cardenal Pro-Nuncio para absolver á los romeros durante la peregrinacion; los Obispos la promovieron, fomentaron, alabaron y bendijeron en sus respectivas diócesis; todos los buenos católicos españoles se unieron á ella á lo méno en espíritu; durante el viaje ya fuese por tierra ya fuese por mar, ya en la ida ya en la vuelta, ya en la estancia en Roma, se dió el mas brillante ejemplo de cristiana compostura, de fe viva y religioso entusiasmo. Nos mismo recordamos con placer y como los mas felices de nuestra vida los días en que, á bordo del vapor Borgoña, veíamos cerca de mil personas en quienes no había mas que un solo corazón y una alma sola, como los primitivos fieles; (1) en que veíamos el buque convertido en templo donde se rezaba en común, se celebraba el santo sacrificio de la misa, se distribuía la sagrada comunión, se predicaba la divina palabra, se cantaban las horas canónicas y otras divinas alabanzas, y todo esto siempre con nuestra venia y bajo nuestra presidencia. Es de recordar que estando en Roma todos los actos de las visitas y estaciones á las cuatro principales Basílicas fueron siempre presididos por los tres Obispos peregrinos, celebrando la misa y dirigiendo las precies uno de ellos; que el dia de la recepcion general en la basílica del Vaticano, quien dirigió la palabra al augusto Pontífice rodeado de sus Cardenales fué el Excmo. Sr. Arzobispo de Granada, estando los dos restantes Obispos peregrinos al pie del trono pontificio, como gefes, los tres, de toda la peregrinacion; y, en fin, es de recordar que el mismo Papa ha aprobado y alabado con muestras de la mas viva satisfaccion, y continua todavia aprobando y alabando como modelo edificante de peregrinaciones la española del pasado Octubre. Siendo todo esto un hecho patente á los ojos de todo el mundo católico, ¿cómo se atreven ciertas lenguas y ciertos pe-

(1) Lo propio sucedió á bordo del vapor *Lulio* que condujo los doscientos romeros mallorquines.

riódicos á llamar la peregrinacion de Octubre peregrinacion laical, (1) mayormente siendo ellos mismos los que la llamaron antes, en son de burla, peregrinacion clerical, porque se componia en gran parte de sacerdotes? cómo se atreven á calumniar y denigrar, ó á lo menos á desacreditar, rebajar y criticar una peregrinacion tan generalmente celebrada, y que todo el mundo admira y alaba menos ellos? Si la llaman laical porque la idea y su primera iniciativa partió de personas legas, ó porque personas legas cuidaron de la parte material del viaje, y entendieron en la conducción y organización de trenes, vapores etc., etc., sea enhorabuena. Pero ¿qué inconveniente hay en eso? ¿Por ventura no puede un seglar concebir una idea feliz e iniciar una obra santa, con tal que la subordine y sujete á la aprobación y dirección de la Iglesia y del Papa, como así realmente se hizo en nuestra peregrinación, y se hace en la que se anuncia para el 3 de Junio próximo que también ha sido iniciada por seglares, á saber, por la Juventud Católica Italiana? Y en cuanto á la organización material de la peregrinación ¿podían por ventura ó convenía que la tomasen á su cargo los Obispos, ni aun los simples sacerdotes? Preciso era que esto estuviese en manos de legos, á quienes está mejor que á los clérigos; pero ¿puede acaso por esto llamarse la peregrinación absoluta ó formalmente laical? No, y hasta absurdo sería el pensarlo. Nos, en verdad, pensamos muy de

(1) En algún periódico de la Corte se ha dicho con marcada intención tratando de la futura romería, *A Roma bajo la dirección de nuestros Prelados*, como si en la pasada se hubiera prescindido de ellos. Por lo que toca á Mallorca debemos manifestar, aunque sea notorio, que la Junta organizadora y directiva de la peregrinación fué nombrada exclusivamente por nuestro dignísimo y querido Prelado: que se sometieron y merecieron su superior aprobación todos los acuerdos y resoluciones tomadas por aquella: y por último que todos los vocales á su regreso de Roma tuvieron el inespllicable placer de oír de los autorizados lábios de Su Excmo. Ilma. la viva satisfacción que había sentido su corazón al ver realizada en su Diócesis aquella piadosa y edificante expedición.

otro modo en esta materia. Precisamente, y tenemos un placer en consignarlo aquí, precisamente una de las condiciones que nos hizo muy grata la peregrinacion de Sta. Teresa fué la ejemplarísima actitud de todos los romeros seglares; porque á nuestro clero y al español en general, ya estabamos acostumbrados á verle siempre fervoroso, siempre sumiso, adicto y reverente á sus superiores jerárquicos. Y así tambien añadimos, sin salir del mismo género de consideraciones, que precisamente esa actitud en las obras católicas, y juntamente esa docilidad á sus maestros y pastores, que se observa en gran parte de los seglares de nuestros tiempos, alientan vigorosamente la esperanza que tenemos de una próxima universal restauracion católica; porque el Clero secular y de las órdenes religiosas ya de antiguo sabemos que son en todas ocasiones, si es necesario, mártires del deber en la defensa de los intereses de la Iglesia.

«Nuestra peregrinacion pues, V. H. é hijos carísimos, fué lo que debia ser, es decir, una verdadera, piadosa y devota peregrinacion con todos los caracteres de tal, como evidentemente lo ha demostrado el Excmo. Sr. Arzobispo de Granada en su reciente pastoral, aplicando á la peregrinacion de Octubre la definicion misma de peregrinacion.

«Pero, á pesar de todo no hay que extrañar, Venerables H. é hijos carísimos, que nuestra peregrinacion haya sido criticada y calumniada: nuestra peregrinacion fué obra de Dios, agradable á sus divinos ojos y agradable á los nuestros; Nos mismo á vista del admirable entusiasmo de los católicos por la peregrinacion, escogimos este tema en el sermon que hicimos en la iglesia del Pino de Barcelona la víspera de nuestra embarcacion: *A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris:* pero por esto mismo que fué obra de Dios ha sido tambien necesario que pasase por el crisol de la tribulacion y contradiccion. El Señor acostumbra probar y acriosolar sus obras por medio de contradicciones para que nos conformemos con Aquel que fué el blanco de

todas las contradicciones, y de quien dijo el viejo Simeon, *positus est hic in signum cui contradicetur.* Cuando, pues, no tuviésemos tantas otras pruebas de la bondad de nuestra peregrinacion, y de que Dios fué glorificado en ella y por ella, á Nos bastaría para convencernos esta misma contradiccion que ha experimentado y experimenta, y estos esfuerzos que se han hecho y se hacen para desacreditarla, ya que por especial favor del cielo no fué posible impedirla, ni estorbarla. Sirvanos esto de gran consuelo, V. H. é hijos carísimos, sirvanos de gran consuelo á nosotros y á todos los peregrinos de aquella tan admirable romería, porque este es el carácter y sello de las obras de Dios, y la prueba mas segura de tener en ellas su beneplácito.

«Por tanto, V. H., é hijos nuestros, estas mismas contradicciones inseparables de las obras grandes que se emprenden para gloria de Dios, léjos de arredrarnos deben ántes bien animarnos mas á semejantes empresas, continuando vuestras devotas romerías al Vaticano, ya que el Señor las inspira y promueve, ya que las bendice y proteje, ya que da tan marcadas señales de que le agradan, ya que en ellas imprime su sello y las corona de tan felices resultados.»

De la Revista religiosa titulada *Los Santos Angeles*, tomamos lo siguiente:

**De las culpas de los católicos en los males presentes.**

Con este título ha publicado la *Civiltá Cattolica* (cuaderno 737, correspondiente al 6 de enero próximo pasado) un precioso trabajo que insertamos íntegro.

«La primera es que muchos católicos ilusos acerca de los susodichos sofismas y cegados por el interés, tanto se han mezclado con los liberales, que »se han contagiado con la peste, de manera que sienten, hablan y obran mas como liberales que como »católicos; y viendo tan brutalmente oprimida la »Iglesia, se inclinan á imputarlo á ella y á los ministros y secuaces suyos, mas bien que á los bribones y sectarios, que la conculan.

»La segunda es que muchos católicos, con su dinero y con su favor, dan vida y prosperidad á un periodismo y un teatro que son abominacion del género humano, mentirosos, blasfemos, inverecundos, maestros de malicia, corruptores de la Religión y las buenas costumbres. Que á semejante propagacion del vicio y de la impiedad concurran los ateos y los incrédulos, no es de admirar; pero que tomen parte hombres que se dicen y hacen gala de católicos, es tal escándalo y tan fea ofensa del honor divino, que merece cualquier castigo.

»La tercera es, que muchos católicos, por efecto de pasiones que turban la mente y alteran el justo criterio de las cosas, muéstranse mas suaves con los impugnadores que con los defensores de la causa de Dios; y en pró de aquellos piden siempre dulzura, caridad, miramientos, compasion y poco mé-

»nos que premios y recompensas; y contra estos, al  
 »contrario, parece que imploran todos los rayos de  
 »la pública indignacion. Por eso los animosos cató-  
 »licos, que por amor de la Iglesia, del Papa y de los  
 »prójimos se exponen á la ruina, son de ellos tacha-  
 »dos de *celosos*, de *imprudentes*, de *ligeros*, *daña-*  
 »*dores* de la Religion, y á humillar, desacreditar, in-  
 »crepar á aquellos, consagran su estudio y solicitud.  
 »Dentro del corazon *esos amigos de los enemigos*, y  
 »*enemigos de los amigos de Jesucristo*, serán lo que  
 »sean (saranno quel che sonno); mas al exterior, per-  
 »suádanse que aparecen verdaderos traidores de la  
 »causa que quieren parecer que sostienen. De mo-  
 »do que este inícuo procedimiento, no solo no apla-  
 »ca, sino que irrita la cólera de aquel Dios, que no  
 »puede mirar como obsequio hecho á Él la irrision  
 »y el vilipendio de sus servidores.

»La cuarta es que muchos católicos, en aquello  
 »en que muestran reverencia y eterno homenaje de  
 »palabra al Vicario de Cristo, le niegan despues  
 »en el ánimo la debida obediencia en todos aquellos  
 »puntos que con su soberbio sentir y su vanagloria  
 »no concuerdan. Antes, en caso de necesidad, no es-  
 »casean los vituperios y censuras que (salva la sus-  
 »tancia de la fé) reputan poderle dar. De aquí que,  
 »sin respeto á las luces particulares y á la espe-  
 »cialísima gracia que el Pontífice tiene de Dios  
 »para gobernar bien la Iglesia, juzgan á tuerto y  
 »á derecho sus mandamientos, y sentencian *pro*  
 »*tribunali*, como si el Papa fuera súbdito suyo,  
 »ó á lo mas Rey de burla, cuya personalidad mo-  
 »ral residiese fuera de él. ¿Qué mas? *Estos ca-*  
 »*tólicos no tienen escrúpulo de interpretar libremen-*  
 »*te sus doctrinas y definiciones, y en apoyo de su*  
 »*licencia buscar autoridades, (maestri) que los ex-*

»cusen, que disminuyan en lo posible el valor de los  
 »documentos pontificios, y amengüen la autoridad  
 »de otros mas devotos, mas fieles y mas probados  
 »expositores de ellos. Que si llegan á encontrar de  
 »cualquier modo una palabra, un acto ó un gesto  
 »que parezca favorecerlos, ¡oh cómo alzan entonces  
 »la cerviz sobre los celosos, los soñadores mas pa-  
 »pistas que el Papa; y cómo se convierten en cam-  
 »peones ardentísimos del magisterio eclesiástico, has-  
 »ta dar tambien á oficiales privados la patente de  
 »aquella infalibilidad que luego con gran fatiga re-  
 »conocen en el Jefe Supremo de la Iglesia! Este  
 »tambien es un pecado de fariseísmo que irrita á  
 »Dios; tanto mas cuanto mas se acerca á los cató-  
 »licos, los cuales se hacen reos, con los rebeldes y  
 »con los apóstatas perseguidores de la Santa Sede.»

---

## CRÓNICA DE LA DIÓCESIS.

A la Junta establecida en esta Diócesi por el Excmo. Sr. Obispo al objeto de dirigir la ejecucion del proyecto de obsequiar á Su Santidad el dia 3 de Junio próximo, quincuagésimo aniversario de su consagracion episcopal, se ha agregado el Rdo. Padre Ignacio Vich como Director de las Conferencias de San Vicente de Paul; siendo de advertir que el M. I. Sr. D. Tomas Rullan, Presidente nombrado por S. Excia. Ilma. pertenece tambien á ella en calidad de Presidente de la Asociacion de Oracion y Vela al Santísimo Sacramento y Director de la de Obreras de San José.

La misma Junta en reunion de dia 7 de Febrero, en vista de las noticias que se tenian sobre el producto de la suscripcion, acordó proceder á la construcion del Báculo Pastoral conforme al diseño presentado á la misma por el vocal Sr. D. Fausto Morell.

---

ADOLPHUS GO. ALIAS  
ADOLPHUS GO. ALIAS

### NECROLOGIA.

Dia 23 de Marzo último falleció en Campos el presbítero D. Gregorio Bennaser obtentor de una capellanía en aquella parroquia á la edad sesenta y nueve años.

El mismo dia 23 falleció en Artá D. Agustín Jaume y Payeras presbítero natural de Palma religioso agustino exclaustrado y cura propio de aquella parroquial iglesia á la edad de setenta y seis años.

A. E. R. I. P.

---

PALMA DE MALLORCA.  
Imprenta de Villalonga.